



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1842

XIV. Bischof Heinrich I. verkauft dem Kloster Dargun die Zehntenhebung
aus mehreren von Nicolaus Herrn von Werle dem Kloster vereinigten
Dörfern, im Jahre 1256.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54306)

M. CC. XLVIII. per manum Olrici notarii nostri, Pontificatus nostri Anno quarto, ydus Septembris.

Nach Stein's Abschrift des Originals. Abgedruckt in Ludewig Reliqu. Mf. VIII, 270, in Küster's Opuscul. Collectione und in Beckmann's Beschreibung der Churm. V, II, VIII, Sp. 271, am letztern Orte mit dem Datum quarto ydus Septembris. Alle nach Stein's Abschrift hier mitgetheilten Urkunden sind von Originalien genommen, welche Stein im Wittstocker Rath'sarchive vorfand, die aber späterhin verbrannt sind. Die Abschriften finden sich in der Rath'sregistratur in dem sogenannten Havelbergense chronicon mspt. (A. 732).

XIV. Bischof Heinrich I. verkauft dem Kloster Dargun die Zehntenhebung aus mehreren von Nicolaus Herrn von Werle dem Kloster vereigneten Dörfern, im Jahre 1256.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Henricus Dei gratia Havelbergenfis ecclesie Episcopus omnibus in perpetuum. Equitati et rationi conuenire uidetur, si ea, que iuste gerimus, perpetua stabilitate firmemus. Cum itaque experimento frequenti instruamur, quantum status presentis fecali sit incertus et hic manens ciuitas non sit nobis, consideremus nichilominus nobis esse summopere necessarium et salubre, ut nobis eternum et felicem statum per hec transitoria comparemus: Inde est, quod nosse volumus tam posteros, quam presentes, nos de quinque villis, videlicet de Werderhere, de Arnoldesdhorp, de Grancin, de Techentin et de Blankenvort, quas nobilis vir dominus Nicolaus de Werle monasterio de Dargun, Cisterciensis ordinis, Caminenfis dyocesis, in honore sancte Dei genitricis et virginis Marie fundato, cum omni iure liberaliter contulit, decimam ex eisdem villis prouenientem, que ad nostram spectabat iurisdictionem, ad subsidium fratrum in prefato monasterio deuote famulantium; vt per ipsorum, que Domino nocte dieque in orationibus, ieiuniis, vigiliis et aliis diuinis obsequiis offerunt suffragia, eterna gaudia feliciter assequamur, de communi consensu nostri capituli, prout ipsius probat appensio sigilli, cum omni iure nostro, sicut antea possederant a domino Zuerinenfi, libere in donum perpetuum contulisse. Sane si fratres dicti monasterii de Dargun possessionem predictarum villarum vendendo siue commutando a se dimiserint, ita videlicet ut eandem aliquis possideat usufructuario quoad viuut, ipsam cum decima tenebit a fratribus memoratis. Si vero ita penitus eam a se duxerint alienandam, ut ad ipsos sepedicta possessio de cetero redire non possit, quicumque eam possederit, ipsius decimam a nobis in feodo recipiet et tenebit. Acta sunt hec anno gratie M^oCC^oL^oVI^o. Testes sunt: dominus Wicbertus prepositus de Havelberge, magister Ecbertus, dominus Conradus de Brode, magister Johannes de Repin, dominus Stephanus prepositus de Robele, dominus Hampe miles de Wistohc, dominus Henricus Dargaz, dominus Otto Bersere, dominus Jeroslaus, dominus Vnslauus, milites de Robele, et alii multi. Vt autem hec nostra donatio in perpetuum maneat inconuulsa, presentem paginam cum testium subarratione conscribi fecimus et nostri ac capituli sigillorum testimonio communiri. Datum in Havelberge pridie idus Octob., pontificatus nostri anno XII^o.

Nach dem Original des Gesh. Kab. Archives. Vgl. Jahrbücher des Mecklenb. Vereines II, 281.